

PROPRIO DE LA MISA

MARTES DE LA I SEMANA DE CUARESMA

Ps. 89:1,2

DÓMINE, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie: a sæculo et in sæculum tu es. Ps 89:2. Priúsquam montes fierent, aut formarétur terra et orbis: a sæculo et usque in sæculum tu es Deus. *V̄*. Glória Patri.

RÉSPICE, Dómine, familiam tuam: et præsta; ut apud te mens nostra tuo desidério fúlgeat, quæ se carnis maceratióne castigat. Per Dominum.

Isaias 55:6-11

IN diébus illis: Locútus est Isaiás Prophéta, dicens: Quærite Dóminum, dum inveníri potest: invocáte eum, dum prope est. Derelínquat ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas, et revertátur ad Dóminum: et miserébitur ejus, et ad Deum nostrum: quóniam multus est ad ignoscéndum. Non enim cogitationes meæ cogitatiónes vestræ: neque viæ vestræ viæ meæ, dicit Dóminus. Quia sicut exaltántur coeli a terra, sic exaltátae sunt viæ meæ a viis vestris, et cogitatiónes meæ a cogitatióibus vestris. Et quómodo descéndit imber et nix de coelo, et illuc ultra non revértitur, sed inébríat terram,

INTROITO

Señor, en todas épocas has sido tu nuestro amparo; por todos los siglos existes tú. Salmo. Tú eres Dios antes que fuesen hechos los montes, se formara la tierra y el mundo universo: por todos los siglos existes tú. *V̄*. Gloria al Padre.

COLECTA

Mira, Señor, benigno a tu pueblo y concede: que nuestra alma, resplandezca en tu presencia con el deseo de poseerte, ya que se mortifica con la penitencia de la carne. Por nuestro Señor.

EPÍSTOLA

En aquellos días: Buscad al Señor mientras se le encuentra, invocadlo mientras esté cerca; que el malvado abandone su camino, y el criminal sus planes; que regrese al Señor, y él tendrá piedad, a nuestro Dios, que es rico en perdón. Mis planes no son vuestros planes, vuestros caminos no son mis caminos -oráculo del Señor-. Como el cielo es más alto que la tierra, mis caminos son más altos que los vuestros, mis planes, que vuestros planes. Porque como descenden de los cielos la lluvia y la nieve, y no vuelven allá sino que riegan la tierra, haciéndola producir y germinar, dando semilla al sembrador y pan al que come, así será

et infúndit eam, et germináre eam facit, et dat semen serénti, et panem comedénti: sic erit verbum meum, quod egrediétur de ore meo: non revertétur ad me vácuum, sed fáciét quæcúmque volui, et prosperábitur in his, ad quæ misi illud.

Ps. 140:2

DIRIGÁTUR orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo, Dómine, V. Elevátio mánuum meárum sacrifici-um vespertínium.

Mat. 21:10-17

IN illo témpore: Cum intráset Jesus Jerosólymam, commóta est univérsa civitas, dicens: Quis est hic? Pópuli autem dicébant: Hic est Jesus Prophéta a Náza-reth Galilaeæ. Et intrávit Jesus in templum Dei, et eji-ciébat omnes vendétes, et eméntes in templo; et mensas nummulari-órum et cáthedras vendéntium colúmbas evértit: et dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus oratiónis vocábitur: vos autem fecistis illam spelúncam latrónum. Et accessérunt ad eum cæci et claudí in templo: et sanávit eos. Vidéntes autem príncipes sacerdotum et scribæ mirabilia, quæ fecit, et púeros clamantes in templo, et dicétes: Hosánna filio David: indignáti sunt, et dixérunt ei: Audis, quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis: Uti que. Numquam legístis: Quia ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem? Et relictis illis, ábiit foras extra civitátem in Bethániam: ibíque mansit.

mi palabra que sale de mi boca, no volverá a mí vacía sin haber realizado lo que deseo, y logrado el propósito para el cual la envié.

GRADUAL

Ascienda mi oración ante tu presencia, Señor, como el olor del incienso. V. Sea la elevación de mis manos, como el sacrificio de la tarde.

EVANGELIO

En aquel tiempo: cuando entró en Jerusalén, se conmovió toda la ciudad, diciendo muchos: ¿Quién es éste? A lo que respondían las gentes: Este es Jesús, el profeta de Nazaret de Galilea. Habiendo entrado Jesús en el templo de Dios, echó fuera de él a todos los que vendían allí y compraban, y derribó las mesas de los banqueros o cambiantes, y las sillas de los que vendían las palomas para los sacrificios. Y les dijo: Escrito está: Mi casa será llamada casa de oración; mas vosotros la tenéis hecha una cueva de ladrones. Al mismo tiempo se acercaron a él en el templo varios ciegos y cojos y los curó. Pero los príncipes de los sacerdotes y los escribas, al ver las maravillas que hacía, y los niños que le aclamaban en el templo, diciendo: ¡Hosanna al Hijo de David!, se indignaron, y le dijeron: ¡Oyes tú lo que dicen éstos? Jesús les respondió: Sí, por cierto; pues ¿no habéis leído jamás la profecía: De la boca de los infantes y niños de pecho es de donde sacaste la más perfecta alabanza? Y dejándolos, salió fuera de la ciudad a Betania, y se quedó allí.

Ps. 30:15-16

IN te sperávi, Dómine; dixi: Tu es Deus meus, in mánibus tuis témpora mea.

OBLÁTIS, quæsumus, Dómine, placáre munéribus: et a cunctis nos defénde periculis. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cóprimis, mentem élevas, virtútem largíris, et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominationes, tremunt Potestátes. Cæli, cælórúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quíbus et nostras voces, ut admítiti júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicétes:

Ps. 4:2

CUM invocárem te, exaudísti me, Deus justitiæ meæ: in tribulatióne dilatásti me: miserére mihi, Dómine, et exáudi oratiómem meam.

QUÆSUMUS, omnipotens Deus: ut illius salutáris capiámus effectum, cujus per hæc mystéria pignus accépi-mus. Per Dominum.

Oremos. Humillad ante Dios vuestras cabezas.

ASCÉNDANT ad te, Dómine, preces nostræ: et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. Per Dominum.

OFERTORIO

En ti espere, Señor; dije: Tu eres mi Dios, en tus manos esta mi suerte.

SECRETA

Te rogamos, Señor, que te aplaques con los dones ofrecidos; y que nos defiendas de todos los peligros. Por nuestro Señor.

PREFACIO DE CUARESMA

In verdad es digno y justo, equitativo y saludable, darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, que, por el ayuno corporal, domas nuestras pasiones, elevas la mente, nos das la virtud y el premio, por Jesucristo nuestro Señor, por quien alaban los Angeles a tu majestad, la adoran las Dominaciones, la temen las Potestades y la celebran con igual júbilo los Cielos, las Virtudes de los cielos y los bienaventurados Serafines. Te rogamos que con sus voces admitas también las de los que te decimos, con humilde confesion:

COMUNIÓN

Así que yo te invoque, me oíste, Dios, que eres mi justicia; tu, en mi angustia, me ensanchaste el corazón. Apiádate de mí y presta oídos a mi oración.

POSCOMUNIÓN

Te suplicamos, oh Dios todopoderoso, nos concedas sentir el efecto de la eterna salvación, de la que hemos recibido una prenda en estos misterios. Por nuestro Señor.

ORACIÓN SOBRE EL PUEBLO

Suban, Señor, hasta ti nuestras oraciones y aleja de tu Iglesia todo mal. Por nuestra Señor.